VETUS TESTAMENTUM, UNVOLLSTäNDIG
Entstehungsort unbestimmt, Wende 12./13. Jh.
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35407
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift

finis cunctorum admonetur hominum.
et uiuens cogitat quid futurum sit.
Melior est ira risu. quia per tristi
am uultus corrigitur animi deliqui
tis. Cor sapientium ubi tristicia est.
et cor stultorum ubi leticia. Melius est a sa
pientis corripi. quam stultorum adula
cione decipi. quia sicut sonitus spina
rum ardentium subolla. sic risus stulti.
Sed et hoc uanitas. Calumpnia conturbat
sapientem. et perdet robur cordis illius.
Melior est finis orationis quam prin
cipium. Melior est patiens arrogante.
Ne uelox sis ad irascendum. quia
ira in sinu stulti requiescit. Ne di
cas. quid putas cause est quod priora
tempora meliora fuere quam nunc sunt.
Stulta est enim huiusmodi interrogacio.
Utilior est sapiencia cum diuitiis. et
magis prodest uidentibus solem. Sicut
enim protegit sapia. sic protegit
pecunia. Hoc autem amplius habet erudi
cio et sapiencia. quod uitam tribuit pos
sessori suo. Considera opa dei. quod ne
mo possit corrigere quem ille despexerit.
In die bona fruere bonis. et malam
diem precaue. Sicut enim hanc. sic et
illam fecit deus. ut non inueniat
homo contra eum uiuentes querimonias.
Hec quoque uidi in diebus uanitatis
mee. Iustus perit in iustitia sua. et
impius multo uiuit tempore in malu
ia sua. Noli esse iustus multum. neque
plus sapias quam necesse est. ne ob
stupescas. Ne impie agas multum et
noli esse stultus. ne moriaris tempore
non tuo. Bonum est te sustentare
iustum. sed et a illo ne subtrahas ma
num tuam. quia qui deum timet ni
chil negligit. Sapiencia confortauit
sapientem. super decem principes ciuitatis.
Non est enim homo iustus in terra. qui
faciat bonum et non peccet. Sed et cuctis
sermonibus qui dicuntur ne accomo
des cor tuum. ne forte audias seruum
tuum maledicentem tibi. Scit enim tua
conscientia. quia et tu crebro ma
lediceris alios. Cuncta tempptaui in
sapiencia. Dixi. sapiens efficiar. et
ipsa longius recessit a me. multo ma
gis quam erat. Et alta profundi
tas. quis inueniet eam. Lustraui
uniuersa animo meo. ut scirem
et considerarem et quererem sapien
tiam et racionem. et ut cognoscerem
impietatem stulti. et errorem imprudencie.
et inueni amariorem morte mulierem.
que laqueus uenatorum est. et sagena cor
eius. uincula sunt manus illius. Qui
placet deo effugiet eam. qui autem
peccator est capietur ab illa. Ecce hoc
inueni dixit ecclesiastes unum et alterum.
ut inuenirem racionem quam ad
huc querit anima mea. et non inueni.
unum de mille unum reperi. mulierem
ex omnibus non inueni. solum hoc in
ueni quod fecerit deus hominem rectum. et
ipse se infinitis miscuerit questionibus.
Quis talis ut sapiens est. Et quis
cognouit solucionem uerbi. xviii.
Sapiencia hominis lucet in uultu eius. et po
tentissimam faciem illius commutabit.
Ego os meum observo. et precepta iura
menti dei. Ne festines recedere a fa
cie eius. neque permaneas in re malo.
quia omne quod voluerit faciet. et ser
mo illius potestate plenus est. nec
dicere ei quisquam potest. Quare ita fa
cis. Qui custodit preceptum non expe
ietur quicquam mali. Tempus et respon
sionem cor sapientis intelligit. Omni
negocio tempus est et oportunitas. et mul
ta hominis afflicio. quia ignorat
preterita et uentura nullo scire potest
nuncio. Non est in hominis dicione pro
hibere spiritum. nec habet potestatem in die
mortis. nec sinitur quiescere in gruem
te bello. neque saluabit impietas im
pium. Omnia hec consideraui. et dedi
cor meum in cunctis operibus que fiunt
sub sole. In tempore quo dominatur homo homi
ni in malum suum. Vidi impios sepultos
qui etiam cum adhuc uiuerent. in lo
co sancto erant et laudabantur in ciui